

92-14

ORATIO.

AD D·FRANCISCVM


DE REINOSO EPISCOPVM
CORDVBENSEM.

MARTINO DE ROA E SOCIE,

tate IESV Habita in Collegio Diue Catharina

Cordubensi eiusdem Societatis, Nonis Ianij,

M. D. XC. VIII.



C O R D V B A E.

Apud Andream de Barrera, M. D. XC. VIII.

SUPERIORVM PERMISSV.

1970-21-1

1970-21-1

1970-21-1

1970-21-1

1970-21-1

1970-21-1

1970-21-1

1970-21-1

1970-21-1

1970-21-1

1970-21-1

1970-21-1

1970-21-1

1970-21-1

1970-21-1

1970-21-1

1970-21-1

1970-21-1

1970-21-1

1970-21-1



V O D MARE INEVNTIBVS
timorem facere confueuit, illustrissime
Præsul, ne cursus errore incerti, atque di-
uersi ferantur; & portus longinquitate,
& ignoratione decepti, nauem in Syr-
tes, & scopulos induant, aut per quoti-
tani vietus inopiam esca ipsi carentes, humanam pif-
bus præbeant: id nobis animos facit in hoc tempore,
im & vnde soluendum sit, & quo perueniendum
oculos est, & nauigationis initium, pariter at-
que exitum, vtrumque littus, & portum simili & cur-
um aspicimus, quem tenere, quem inuehi debeamus. Cla-
caber ille in humanarum rerum cogitatione defixus,
fallaces appellabat hominum spes, fragilemque fortu-
m, & inanes nostras contentiones, quæ in medio se-
spatio frangerentur, atque corrucient, & ante in ip-
portu obruerentur, quam portum conspicere potuiss-
ent. At ego aut mutatam rerum conditionem, aut
nuersam naturam admirabor, & in fortuna fidem, &
 mari quietem, & silentium in ventis, prodigii simi-
ducam, & tibi Præsul amplissime acceptum referam,
quod omnis mihi in limine (vt aiebat Poeta:) Portus
stenditur; neque in vado solum, quod in summa fo-
citate ponebat Plautinus ille Lyconides, sed in ipso cur-
tamquam in portu nauigare queam; vt neque à con-
tendendo error, neque ab inuehendo longinquitas gesti-
atem in commemorationem tuarum laudum, atque in
ratulationem hodierni beneficij, perinde vt in vastissi-
mum Oceanum deterreat Orationem. Nam & flatum
ihi secundum aspirat benignitas tua, non iam fama
oldum, & auditione percepta, sed re ipsa perspecta; &
vrum tametsi longum, certum tamen atque dire-
cta explicant, præclaræ illæ virtutes, quæ non in ym-

A bra

būt solum domesticæ disciplinæ cœfistuntur, sed in me-
dio etiam Hispaniæ totius atque Italiae theatro, sicut in
de à pueritiae memoria ultima preluxere: & portum de-
sique cùm humanitas ipsa tua, in qua vel ignoti ho-
mines acquiescunt, tum etiam eorum qui adiunt de-
audiendi cupiditas, & voluptas, tam expeditum, ta-
turum ostentare; ut tuo nomine, dicam etiam numin-
nauiculam ego meam, nec fatis instructam & probam tu-
tius vehendam existimem, quam illam Cæsaris nomine,
fortuna armam, iussamque eiusdem auspiciis & miti-
ventos & procellas sperare obsequentes.

S E D ut pedem aliquando faciam, & ad captandas
humanitatis tuæ auram, velorum tandem finus expan-
dam, & soluam è portu rideat, ad caput aliquod ag-
grediar instituta orationis, nota primùm littora, terrar-
que præteruehar, & vulgarem illam, ac fruolam, si nu-
da sit maiorum commendationem, qua qui per se ali-
qui non sunt, efferuntur, labens præteribo: cum obs-
curum non sit, eos tam celebratae apud omnes nobis
nolitis esse, vt cùm ipso magnam tibi laudem attulerim
tum verò etiam à te acceperint non minorem. Ta-
lis enim tu, ac tantus fuisti, tam multis ad gloriam
meritis aspirasti, tam faciles ad aeternitatem aditus, pra-
elitis actionibus communisti, vt etiam si clarissimi ge-
neris ornamenta defuissent, summum ipse generi or-
nementum esse potueris, & nouitatem non subleua-
re modò diligentia, sed antiquitate multorum clariorē es-
cere; & tuarum splendore virtutum offulas familiæ ten-
bras illustrate. Sed ista colligenda essent inanegloriam, au-
mbram gloriæ propter veræ in opia aucupati, qui Nanus
interdum (vt citè cecinit Iuuenalis) Athlāta vocat; Aetio-
pem; Cygnū; paruā extortamq; puellā, Europem; cani-
bus deniq; pigris, & scabie vetusta lœvibus ex illustri al-

et & splendido, sed clemente Pardi, Tigris, aut Leonis
inmine nobilitatem querit. Sed mihi virum per se claram
deputare, sapientia, gloria commendatum habent, quam sit
plurimum velle quæ in ipso sunt, extra ipsum inuestigare, &
quam deriuat in alios dignitatem, ab aliis petere, non secus
atq; mari à fluuijs aquas, atq; soli ab stellis, quas ipse luf-
fum, lucem emendicare; plane perispicio. Quod si his qui-
us ipsum fuerunt, virtutis exemplum ipsi præbuisse, ma-
nus atq; honorificum fuisse arbitramur; non minus cer-
tum huic præclarum atq; gloriosum censem debet, quod tan-
& tam multa pietatis, fidei, religionis, ceterarumq; vir-
tutum exempla posteritati reliquerit, quæ si maiores, non
superare, sed æquare; & imitari posteri pro viribus
conuissent; verisq; satis, ut opinor, esset cur sibi sine ullo inui-
tatione metu placerent, & grati ceteris atq; admirabiles vide-
antur. Atq; omne m quidem illius vitam, omnia virtutum
mamenta sectari, Historiæ opus fuerit, non encomij: præ-
terquam quod neq; tenuitatis est nostræ, neq; breuitatis
modiernæ, neq; (dicam verius) eius modestiæ, quæ me iam
videm deuocasset a cursu, nisi & studiavestra, & officij reli-
gio reuocaret. Nam cum os istud argenteum, cum cani-
capitis tam suauè nitentem intueor; cum in ætate
affæcta, tam virile decus, tam iuuenile robur agnosco,
præclarum mihi videre videor argumētum bene actæ ad-
alcentiæ, quæ cum lubrica, & prona sit ad voluptates, & la-
oris & contentionis impatiens: nisi tam à libidinibus conti-
visset, exercuissetq; in honestis laboribus, atq; patientia
animi, & corporis, senectutem istam tam animolam & for-
tem, tam operosam, & semper agentem aliquid for-
ni minime potuisset. Nam ut à semente prouentus
coniicitur, à vespertino tempore matutinum, quæ
erumque consentiunt, sic ab adolescentia commen-
atio ducitur consequentis ætatis. Oppugnant illam
cæstria, leuitas, cupiditas, confidentia: hæc sunt mons-

tra, nec fortasse minus importuna & secura, quam illa
patetis saculi, quæ noster hic Hercules, Belleroophon
Christianus ratione, & doctrina perdomuit; cù nvel
moscorum imperus, non dicam sese violenter intundente
aut leuitè etiam insinuantes, sed existentes tautummo
do, aut emicantes ita retundebat, & quasi primam fe
ro aciem perfringebat: ut quā n. anni grauitatem affer
hominibus solent, quām ætas creat severitatem, rati
ne occuparit, & naturæ vitia, quod Sapientes faciunt, de
cetra correxit. Quemadmodum enim tranquillo, &
reno Cœlo adornare oportet ea, que tempestates a
superare aut sustinere queant; ita in adolescentia, m
oderationem, (vtdicebat Plutarchus,) & temperantiam ad
æticum senectuti parandum, comparari necesse est. Si
quid vel in virtute pulcrum, vel in litteris præclaru
desiderari in homine potest, quod ille non traxerit ex
domo, quæ præcipua fuit in arce orbis terrarum Roma
na Urbe omnium schola virtutum, & officina sci
entum, in qua illa prima ætatis tyrocinia posuit, & ne
què à Platone, aut Pythagora, & Aristotele, nequè
Centauro Heroum sui temporis præceptore, sed à do
ctissimo viro, ad veram, solidamque doctrinam, &
omnem pietatem à piissimo re pariter, atquè nomi
Pio Quinto Pontifice maximo Doctore conformatu
ad eò lese ad illius normam nutumque composuit,
multa in se de vita illius & moribus ornamenta translu
lerit; in quæ cùm attentius posteri intuentur, aleut
in eo Pium agnoscunt: spirare in eo mortuum, loqu
agere, vivere vident: & nullum præclarus sui monu
mentum relinquere potuisse, quam hunc ipsum effigie
morum suorum, fateri coguntur. Hinc illa eruditio tal
vara, tam multiplex, non hæc solùm tametsi nobilio
quæ omni sermonis lepore, atq; iè ornata relicto, si
lucem vnam, caro nque terrena, quæ ratione auge a

comprehendimus, pulchritudinem studiose comple-
 tur, sed illa etiam externa quæ Græcis, Romanis, Aegyptiacis opibus instruta est; quam dectus illud elo-
 quentia Gregorius Nazianzenus aduersus prauum im-
 citorum iuditium, inter humana bona primatum lo-
 cum tenere constituit. Quæ ille prisorum monumen-
 ta non eruit? in quæ, religiosa licet, antiquitatis Sacra-
 na non penetrauit? Quos ille nationum mores, quos
 sentum ritus non caluit? Quam doctrinam, quas Mu-
 sas non gustauit? Quos ex vetustiore, vel ex recentiori
 memoria libros non euoluit? Quas felicioris facu-
 lditias non tractauit? Quorum gratia doctorum ho-
 minum, & amicitia non floruit? Quanta cum huma-
 nitate literatos homines, in mediis etiam occupationum
 artibus, audire non destitit? Quibus modis, atque ra-
 sonibus literariam Rempublicam tueri, fouere, & am-
 dicare, non instat? Testis esto vel vnicum Societatis
 nostræ Collegium Palentinum, cuius ille tenuitatem
 opibus sustentavit: cui Bibliothecam amplissimam
 dono dedit; cuius incolas ad duodecim, & eo amplius,
 ad quenda Philosophiae studia, annuis redditibus aluit:
 cuius templi ædificium sua benignitate inchoatum, mag-
 nifice planè opere, atquè vilendo, multorum milium
 aureorum impensa, ad tectum usque, fastigiumque per-
 auxit: cui mille alias commoditates præstítit, ac velut
 solum denique à partu suscepit, atque omnibus pili-
 mi, atque benignissimi parentis officiis prosecutus est
 Testis etiam Societas nostra vniuersita, quam in pro-
 rum eruditioñem, & salutem pariter incumbentem,
 etiam excubantem tutela, præsidioque defendit, auctori-
 tate coniunxit; opes ac facultatibus iuuit; tandem mul-
 tiplici beneficiorum genere, subleuavit. Testis præ-
 terea Seminarium illud ex sacro sancti Concilij decre-
 to, ad Ecclesiasticorum iuenum institutionem, in ea-

dem Vite fundatum: quorum ille collegas tandem
ficiuntibus sustentauit, donec illis anni reditus pre-
cessere. Testis denique familia eius virtus, cuius
ledum recte literis ac moribus instituatur, nauatam si-
diis operam, pro nauata sibi opera ducit: & per in-
puerilibus famulorum concertationibus, quae habent
hebdomadariae, delectatur: atque in his rudimentis i-
ta iegesse virtutis incrementa cognoscet, quibus ad Chri-
stianæ vitæ decus, & sempiternæ gloriæ cumulum perue-
natur. Iam vero de eius liberalitate quid dicam? Quia
virtus mortales, inter homines, Heros; inter celestes
Deo simillimos reddit: cum. & à iuuando Iupiter a
pudicenter, à dando Deus nominatus sit. Non igno-
rat hanc vitam cymbæ similem imbecillæ; sæculum ho-
maris infesti, quo illa vehitur procellis obnoxia, eo po-
siculosius, quo grauiora mercium onera conuehundit.
Hoc hic exonerat in proximas naues; in proximos, in
quam, in pauperes, tanquam in probatores ac firmio-
res, ut eorum manibus perferantur in portum: in cuius
scilicet, quo nulla tempestatum vis, nulle ventorum as-
pirat, & quidem immenso cum fœnore repetenda. Quod
statum in quorundam Gallorum animis superstitionem
valuisse literæ prodiderunt, vt inter mortales cum ver-
sarentur, pecunias mutuas darent, quæ apud inferos redi-
derentur: valere apud nos, qui Christiano nomine & pro-
fessione censemur; multò magis debet opinio, (dicam
in illis.) fides promissorum, quam ipse veritatis magi-
ster & dedit, & liberabit, eorum quæ dederimus, non cum
bona modò fide, sed etiam cum centesima; & vitæ pater-
terea immortalis usura reddendorum. Audierat Euagrius
Philosophus & Synesio Cyrenes Episcopo, fœnerari
Deo, qui pauperi miseretur: & quis in illos opes dis-
perseris, in regales thesauros reponere: sed fabulas, sed
somnia, sed delitamenta ducebat. Vixit tamen alii

quando

quando precibus, & oratione Synesij, Christianum is-
dem, cultumque suscepit, & magnum auti vim syn-
esio tribuit pauperibus ergardam, ea lege, ut per Syn-
grapham caueat, sibi à Christo post mortem bona fide
foluendam. Cauet ille: hic non ita multò post mori-
tur, & cum eo Syngrapha creditæ Deo pecuniae cepe-
litur. Tridui tamen interuerso, Cœlorum inōniū le-
pulcrum effoditur: charta perligitur, in qua, ut pecu-
niā Synesius expensam Deo tulerat: ita Euagrius re-
ferebat acceptam. Ut videoas certum esse thesaurum (quod
aiebat Chrysostomus): pauperum manus: & quod Cy-
pricus affirmat: In tuto hæredit item poni, quæ De-
cūtode seruatur. Contemnit hoc sublidium aduersus
tempestates, vxor illa Paulini, ineptè ut res ipsa confir-
maret, prouida in posterum; quam ob negatum paupe-
ri panem, nauem, ipsam frumento onustam fregisse scri-
bit Gregorius Turonensis. Ecce quid agis, non dico
impudens avaritia, sed imprudens prouidentia: spoliasti
fœminam, quæ benignitati parcendo, existimauit se
fore aduersus famam: instruictorem: fecisti paupere m,
quæ non largiendo pauperi patavit, se posse fieri di-
tiorem. Hanc ille suarum opum custodiam, hos diui-
tiarum thesauros, hanc numnotum arcam, hoc facul-
tatum æarium, hunc victus quotidiani penum, hac
frumenti horrea comparauit. Nempe, viduarum soli-
tudinem, pupillorum orbitatem, moventium solaria, te-
nuiorum angustias egenorum inopiam, Hospitales do-
mos, Cœnobia Virginum, Monachorum famillas, via-
torum ergastula, Hospitia peregrinorum: in qui-
bus tam multa quotidie sedulitatis eius, ac beneficen-
tia: monumenta reponuntur, ut siue ad prioris, siue
ad posterioris leculi memoriam spectemus, ne que-
illud maiora habuerit, hoc verò paria habiturum sit for-
sæcē vix pauca. Hinc illi in eius profectioane tam effusa

uita Vrbe collacrymatio pauperum; et omnium omnis locis, ac fortis hominū velut ad commune funus ciuitatis. Qui tpm factic iuuum concitus? quanta nobilitatis frequentia, quanta plebis effusio? Quam pia puerorum, feminarum, omnis ætatis, ac conditionis hominū vota? Quā bōpē preccationes, quā fausta omnia prosequentum? Dum ille simulato in vicinum oppidum temporario disculu, levite totius populi desiderium cupit, quod ex cōferta spectantium turba, ex eorum oculis in te defixis, ex emicanti bus atq; etiam profluontibus lacrymis, ex cōmuni cōploratione, ex mærore vultus, atq; animi colligebat. Humanū quidem est, ostensam in opiam sublevare. Regium, oblatas pauperum preces exaudire: sed quætere ipsum occasionē beneficiandi, & occupare Diuinum. Dei quippe est, ante quam clament, audire; oculos in pauperes intentos habere respicere, & palpebris interrogare filios hominū, si quid velint, voluntate, et studio condonandi. An ego te Deum appellare verear, cui speciosus hic titulus tam multis tibi non misibus debeat, siue quod sumo in hac prouincia sacerdotio fungeris, siue quod liberalitate, et beneficentia ad Deum proximè accedis: cum auctores habeam non veteres illos poetas principum auribus seruientes, quibus neq; in rebus fides, neq; in verbis religio inest; cum Mœcenates, cum Patronos, cum imperatores suos diuinis titulis, honorebus q; dignantur: sed Theologorum facile principem & fidei columen Gregorium Nazianzenum, qui tui similes, & lucernas luci, & mediatores mediatori, (loquar verbis illius) præfutés appellat, & omnes qui secundū Christum vivunt, pro Christis agnoscit: ac nihil ita Diuinum esse Nazianzenis ciuibus persuaderet, quam beneficentiam, & bene de hominibus merendi studium: & potentiam in hoc ipso ostendendā affirmat ijs, qui Dij esse velint, quiq; cognitionem suam exploratam habent; id est, qui Dei genus, (vt aiebat Paulus ex Poetæ sententia), non ignorant.

Sea locupletior testis Abdias, qui consequentis Gloriam
temporis, & Apostolorum munus, & dignitatem diuina se
statu præcipiens, eos saluatorum Appellatione cohonestare
nondubitat. Et sanctior adhuc aliis, & religiosior, siue ut
verius dicam, sanctitatis ipsius, & religionis lex, & ratio
Deus Opt. Max. qui ut multa alia, sic nomen ipsum suum
sponte communicat, cum & Moysen Pharaonis Deum co-
stituit, & apud Regium Psalmem, ipse se autorem in homini-
bus prodit compellationis Diuinæ. Dei quippe nomen, li-
beralitatis nomen est, & beneficentia, cuius proprium est
seruare, vel benefacere: vnde, & Varroni Diues dictus est
quasi Dius, quod perinde ac Deus circumfluat omnibus.
cōpijs, & alienam inopiam, & miseriam, nihil ipse interea
incommodi accipiens, leuare tam velit, quam possit. Ha-
beatur excellēs atq; præclarus ille, cui cum nescio quæ pars
reip. deferretur, negavit se ullum vñquam munus acceptu-
rum, vnde plus ad se quam ad amicos cōmodi permana-
ret. Exclamat gloriōsē. M. Antonius in medio prioris for-
tunæ com̄munitatione, hoc se habere quodcumq; dedisset.
Admiretur in Agesilao Plutarchus, nullam cum maiorem
percipere solitum voluptatem, quam cum facultas bene de
amicis merendi daretur. Celebretur omnium gentium li-
tteris atq; linguis Aphricanus, quem scribit Polybius, in
forum quotidie descendisse, nec inde se domum ante reci-
pere quim aliquem beneficio affecisset. Sit in æterna glo-
ria Titus, qui cum inter coenam dū meminisset nihil se illa
die cuiquam cōmodi præstitusse, doēs exclamauit, illum
se diem penitus perdidisse. Sed omnes isti sivnum in locum
conferantur: ne ulla quidem ex parte sunt cum eo de quo
dicimus, comparandi. Hic etim non modò id se solùm ha-
bere putat quod dederit, sed dat omnia quæcunque habet,
& nihil habet, quod suum esse putet, sed eorum, quibus cū
imperio præstis, nec dolere vñquam potest diem le aliquam
perdidisse, cui sine diuite linea, ut de Scellæ ludis. cœnit

Martialis, unde dies abierit; & nonquam domo pedem ex-
tulerit, quoniam multos sua benignitate locupletarit. Atq; vt
exetera sileam pietatis eius atq; beneficētiae documētaz illud
tamen sileri non potest, quod me etiam tacente se prodit;
sive quia tam illustre, vt obscurari non possit, sive quia tam
recens vt etiam oculis obuerteretur. Nullus, opinor, locus est,
nulla gens, aut natio, ad quam templi maximi Cor dūbēss
fama non penetrat. Nemo est omnium vestrum, cui, non
eius vel antiquitatem reuereatur, vel admittetur amplitudi-
nem, vel ad magnificentiam plusquam regiam obstu-
pescat; maximē cum ad noui ædificij formam oculi referū-
tur. Est enim opus multorum annorum cum magnitudine
nobile, tum artis varietate distinctum, auro fulgens, plu-
rimis q; Diuorum simulacris institutum, ea dignitate atq;
elegantia, vt nō modo nouos, & peregrinos tenet oculos,
sed etiam assuetos. Hoc igitur multos iam annos intelli-
sum, ac penē derelictum, tanto studio, atq; diligentia re-
vocauit, vt duorum, in singulos annos, millium aureorum
suminam in eius ædificationem contulerit, & cunctim pe-
nē ciuitatem exemplo primū incitarit, deinde oratione
commouerit, vt ad operis absolutionem, pro facultatibus
quisq; suis, partem sumitus attribuat. Quocertè subsidio
tam tarenne virginis cœpit ædificatio, vt breui ad exitū per-
ducenda, & vſitatis religionibus dedicanda, non immerti-
to videatur. Hanc igitur benemerendi syluam, & amplissi-
mam sempiternæ gloriæ segetem Deus ipse tibi referuauit;
& qui hilares sibi famulos exposcit, ac diligit, istam tibi frō-
ti serenitatem, istos tam leues oculorum honores, istum otis
candorem, istam vultus hilaritatem, animi puritatem atq;
splendorem haud obleure indicantem, istam deniq; suau-
itatem ingenij, morumq; concessit; eo nimisrum consilio,
vt qui ex tua benignitate suis iebus praesidium q; exauti-
essent, non deterrentur securitate personæ, non imperij
maiestate; sed haberent faciles ad humanitatē tuam accessus

aperiente

periente illis) a consuetudinetia, quæ ceteras virtutes ita
 commendat, atq; ornat, ut omni animo tibi deus sit iusq; &
 omnis te, tanquam parentem optimum, & benignissimum fonte
 suscipiant, atq; venerentur. Quid animi & corporis inte-
 gritatem, atq; in uiolato pudicitiae flore, vel ad aspectum Deo
 pariter atq; hominibus pulcrius, vel ad æternitatis fructum
 utilius? Quid iejunij severitate vel ad sedandos animi mo-
 tus, vel ad extinguedam voluptatum incendia præstabilius?
 Quid opum, diuinitarumq; contemplatione vel ad vitam suaui-
 tam, vel ad æterni ius regni, & celestium bonorum posse
 ssionem ineundam conducibilius? Quid deniq; illa ipsa
 quam in te prædicavimus liberalitate, atq; beneficentia præ-
 stantius, siue ad demerendas hominum voluntates, siue
 ad æternitatem nominis, & famæ celebritatem, siue ad diui-
 nam misericordiam impetrandum? Ausim dicere, nec sine
 probo quidem auctore, omnes hæc virtutes Deo non æquæ
 gratias accidere, atq; una placabilitatis atq; clementiae. Lo-
 quatur os aureum, respodeat bonus videlicet auctor Chrysostomus, qui me ab omni profusus auctoritate nota, & temerari-
 tatis suspicione vindicabit. Is enim cum aliquando de man-
 factudine verba faceret: Deus, inquit, homines non ita dili-
 git propter virginitatem, iejunium, contemptum diuinitatis,
 hilarem eleemosinarum dationem, ut propter manlucta-
 dinem, & mites beneq; compositos mores: & cum haec vir-
 tus omnes homines ornare queat, in primis tamen eos, qui
 impotestatibus agunt. At non id à se vnum doctor humani-
 tatis Christus disci oportere commonuit, hoc vnum præce-
 teris virtutibus docuit? Diuina profecto iustitiae virtus, &
 admirabilis, quæ poenam a sceleris non auctore, sed re dñe
 to Christo, non astimataleitis, aut mortis, sed languinis
 & capitis experivit. Incredibilis fortitudo, non ut magna
 loquatur, sed ut faciat, quæ unus decem millia fugat. Quæ
 maria scindit, ac sifit, & aquarum in oleum imponentiam arc-
 ua definit: quæ mel de pétra, oleumq; de falso durif-
 simo,

simo elicit; quæ voce ita tonat, ut preterissimas sedres
 prosterhat; densissimas silvas intactis ævo arboribus inter-
 clusas populetur, atq; devastet: quæ deserta concutit loca,
 & arduos atq; subrectos montes labet facit, & in planitiam
 æquat: quæ spiritu deniq; suo, perinde atq; anticipi ferro
 impios interficit, hostes concidit, & terrarum orbem cædi-
 bus complet. Sed cum harum, reliquarumq; virtutum eges-
 gia documenta præberet humani generis decus, præsidium
 q; dulcissimum Christus Iesus, de materno in lucem claustrò
 progrediēs, non eius æquitatem, non magnificentiam, nō
 dominationem, non potentiam, non copias, quas tamen
 fluminis instar per hybernas aquas inundantis, omnes effu-
 dit: non deniq; fortitudinem explicatam hominibus, sed
 benignitatem, & humanitatem eius apparuisse clamauit lu-
 men illud Gentium Paulus: ut liberalitatis & clementiae no-
 mine mileros ad se mortales alliceret; & quā viam insistere
 deberent, qui suam interris personam gesturi essent, non
 nascendo, sed sic nascendo commoneret. Huius tu vestigia
 verus pastor insistis: ad hāc normam omnes tuæ vitæ ratio-
 nes instituis, hæc præcepta tueris, & factus forma gregis, te
 totū ad illius exēplum eius cōmodis explicas, & humanita-
 tistuæ fontes nulli yñquam clausos esse passus es. Laudet
 comitatem in Cyro Xenophon; commendet in Achille
 Maximus Tyrius; prædicet in Cæsare Cicero; canat in
 Aenea Virgilius; admiretur in Scipione, & Crasso Plutar-
 chus, suspiciat in Traiano Plinius, atq; alios alijs tempori-
 bus hac vna virtute excellentes antiquitas prodignitate ce-
 lebret non minore gratulatione, quam plausu. Sed hi, quā
 ad historiæ fidem scriperint, non excutio: hoc vnum affir-
 mo, in rebus propter vctustatem à memoria nostra
 remotis, locum esse commentis atque mendacio:
 in his quæ dicimus, testes produci oculatos quot-
 quot adessis, qui huic, (quod nescio cui olim O-
 lympius Ne mesianus,) accinere velle videmini:

Blanda tibi in vultu grauitas, & mite serena,
Fronte supercilium, sed peccus mitius ore.

Hinc illa cum Dioecesim lustraret, tam frequens populum gratulatio: Hinc faustae acclamations, & plausus; Hinc tanta mentium, studiorum, voluntatumq; in illo excipiendo consensio. Non itineribus eius per terre bantur homines, non exhatiebatur sumtu, non aduentu cominebantur; sed erat, quocumq; veniebat, & publicè & priuatim maxima letitia, cum oppida pastorem, non Lupum domus hospitem, nō quæsitorem, mortales singuli parentē nō iudicem recepisse videretur. Quo magis procedo, tanto mihi longior cursus orationis ostenditur, sed grauitas tempore (ætui scilicet) me cogit insistere. Quare reliquis in terra pus reiectis, Deum Opt. Max. tantummodo precabor, ut magistratum istum, ac sacerdotium tuum dignissime Presul & ad salutem publicam conseruandum, & ad Ecclesiasticā disciplinam constituenda extitisse patiatur: & quoniam filius reipub. atque sacerdotij dignitas tuis manibus, consilijs q; concreditur, hanc tibi bonarum artium officinam, has scholas, quibus, adiututen: & literas paracurru contendit, tuæ fidei, sapientiae, humanitatiq; committimus. In reterenda autem gratia hoc tibi repromittimus, semperq; præstabimus, nobis neq; in iuuandis hominum animis.

diligentiam, neq; in perferebris pro republica
laboribus alacritatem, neq; in celebri
disbeneficijs a te acceptis, gra-
tam animi beneullen
tiam defuturam.



